

exponere tentarem. Cum enim voces, quibus in familiari sermone utimur, ad res terrenas significandas impositae sint, usque adeo infra rerum celestium dignitatem jacent, ut ne earum quidem umbram exprimere valeant. *Raimundus ad Capua in vita eius.*

Cavere debet homo solitudini, & quieti debitus, ne verba audiat inutilia: hæc enim perdunt labores ipsius. Abbas Seraphion, inquit, Ilias Abbas, rogatus, qualis sibi ipse videretur? respondit: Similis videor homini super turre existenti, qui nutu significet accedentibus, ne ad se veniant. Mihi autem similis videor homini, qui propugnaculum ædificavit, & ferreis vectibus illud munivit, ut si quis pulset, non audiat, neque intelligat; quis ille sit, aut unde veniat, aut quid velit, neque aperiat ei prius, quam discedat. Si quis Dominum querat ex animo, attenditque sibi, nec mundi vinculis ligatur, & cor suum custodit, ut sine offensione possit ante Dei tribunal consistere, is ab eo exauditur, atque diligitur. *B. Ilias Abbas Oratioe 26. in Bibliotheca Patrum tom. 2.*

Confulatur locus de Meditatione, Contemplatione, & Infra de loco Orationis.

PERSEVERANTIA. VII. CONDITIO ORATIONIS.

Perseverantia etiam non minimum in oratione momentum habet, vult enim Deus rogari, vult cogi, vult quadam importunitate vinci, inquit *S. Greg. in Psal. 6. Pœnit.*

SARA, Raguelis filia, in superiori cubiculo se recludens, dies tres in oratione perseveravit, cibi ac potus experta. Qua sollicitudine à Domino obtinuit, ne priorum virorum interfectrix crederetur, Tobia viro servato cum hoc uno felici admodum matrimonio juncta, ad decrepitam usque ætatem vixit sine querela. *Marul. lib. 2. cap. 1. & Sabell. lib. 2. cap. 4.*

TOBIÆ filia nuptiarum celebritatem facris precationibus placuit initiari. Cum Sara enim uxore sua prorsquam copula conjugali operam darent, tres noctes rotas in cubiculo simul orando consumperunt. Inde illa, quæ primo statim concubitu jam septem extulerat viros, cum hoc postremo diti felicitate vixit.

Dux Israeliticus populi Moyses, quam olim sollicitè pro eorum delictis Domino supplicavit, ipse confitetur dicens: Et jeci coram Domino x. diebus, ac noctibus, quibus cum suppliciter deprecabar, ne deleter vos, ut fuerat comminatus. C. Utinam nos pro nostris peccatis tam impense, atque perseveranter veniam posceremus, quam ille pro alienis. *Marul. lib. 2. cap. 1. & Sabell. lib. 2. cap. 4.*

ANNAM viduam in Evangelio legitur de templo nusquam descendente, jejuniis, & obsecrationibus nocte, ac die fervientem: & eodem in templo vidisse Jesum, visum credidisse, creditum prophetando prædicasse. Tot illi similis attulit bona, nec sola viduitatis castitas, nec solum corporis jejunium: sed utrique accedens etiam assidua devota mentis obsecratio. *Marul. lib. 2. cap. 1. & Sabell. lib. 2. cap. 4.*

CANANEA mulier (cujus filia demoniaca erat) in Evangelio clamat, dicens: Miserere mei, Domine, & Dominus tacet, quamvis intercedentibus discipulis. Et rursum illa: Adjuva me. Responder ipse: Non est bonum, sumere panem filiorum, & dare canibus. Ille tamen instat, & urget, nec dedignatur canibus comparari: Sed & catelli edunt, inquit, de micis, quæ cadunt de mensa dominorum. Quia ergo & petendo, & humiliando sese perseveravit, nec silentio repressa, nec contumelia confusa, meruit audire: O mulier, magna est fides tua, fiat tibi sicut vis. *Marul. lib. 5. cap. 8.*

Apostoli, postquam Christus devicta morte ad cælos, unde D venerat, rediit, in Hierusalem reversi, cum cœnaculum ascendissent (ut Lucas in Actis testatur) perseverantes erant unanimiter in oratione cum mulieribus, & Maria matre Jesu, & fratribus ejus. Inde refert Spiritum sanctum advenisse, domum, ubi erant sedentes, replevisse, supra singulos eorum linguas tanquam ignis apparuisse: ut intelligas, perseveranti, ac jugi oratione Spiritus sancti gratiam concilianii solere. *Marul. lib. 2. cap. 1.*

APOSTOLUS Paulus orandum sine intermissione monebat, hoc ipsum sollicitus faciebat. Sine intermissione memoriam facio vestri semper in orationibus meis. *Ad Rom. 1.* Idem in Apostolorum gestis ubique memoratur, positis genibus preces Domino obtulisse.

ISAACUS Syrus monachus, post Abbas Spoleti, Piceni, oppidi, presbyterum rogavit, ut ibidem orandi quamdiu vellet, copiam sibi concederet, nec sineret interim oranti quem-

piam impedimento esse. Ea res impetrata, dies tres continuos, & totidem noctes genibus innixus oravit. Hoc quidem hypocritis vitio imputans, eos proceffit dementia, ut post verborum insultationem etiam colophum illi incuteret. Sed repente maligno atterepsu spiritui vexari cepit. Isaacus pietatis memor, injuria immemor, percussorem suum precatione à supplicio liberavit.

SALVIANUM martyrem, multos ad fidem Christi à gentilitatis errore miraculorum operationibus convertentem, Aurelianus Imp. comprehendi iusserat. Sed qui missi fuerant, orantem invenientes, timerunt ei manus inferre. Alii deinde missi, cum similitur orantem offendissent, & ipsi animis concidentibus, nec vim irrogare ausi, deprecari hominem cœperunt ut secum ad Cæsarem pergeret. Exoratus perrexit, & martyrium passus est. *Marul. libro 2. capite 4.*

ALEXANDER I. Pontifex Rom. cum unguis ferreis, & igne uretetur, taugit. Interrogatus ab Aureliano, Ecquid taceres, respondit: Habere te, quod cum Deo loquerer, nec cum hominibus loqui sibi modo licere: orare significans. *Honorius, & Nauclerus.*

OSUALDUS, Rex Anglorum, propter crebrum orandi morem, ubicunque sedit, super genua sua manus habere solitus est. Dicitur & inter precandum circumventus ab hostibus, diem clausisse cum hac voce: Deus, miserere animarum nostrarum. *Henricus de Exfordia, cap. 56. & Bedæ lib. 3. cap. 12.*

D. BERNARDUS orabat flans die, nocteque tandiu, donec pedes corporis molem præ inedia ferre non possent, & pedes intumescerent. Cilicium ipsam carnem vestivit. Cibum erat lac cum pane, vel pulmentum. Vino rarissime utebatur, coque modicè, aqua frequenter. *Audior. vite lib. 1. capite 8.*

PASTORIUS Abbas usque adeo orandi studio ducebatur, ut nulla corporis debilitas animi sedulitatem coerceret. Adversâ valetudine pressus, cum de lectulo surgere non valeret, jacens orabat. Jam languor vehementis expeditus loquendi ademerat facultatem, & tacitus laborum motus etiam tum illum orare testabatur: Denique discedens animâ non prius orationem quam corpus reliquit. *Marulus.*

MARTINUS Turonensis Episcopus, ne tunc quidem cum opus suis manibus exercebat, linguam ab oratione cohibebat, præstititque illud Apostoli præceptum: Sine intermissione orate. Diem obitu suo extremum, frigidiscentibus membris jam immotus jacens, labia tamen movebantur. Denique orare non desistit, donec subito lumine circumfusus reddidit spiritum. *Idem.*

GODOPREDUS monachus, noctu orationi intentus furem quandam equum abigere vidit. Sed ne preces, & silentium rumpere, furem prohibere noluit. Manè factu, fur uni loco affixus cum equo reperitus est. *Vincent. lib. 2. cap. 60.*

ANTONIUS Abbas submissis genibus orans, sæpe diem, noctemque peregrisse precatione perpetua. Nescio quod majus miraculum, an illo corporis gestu tandiu immotum persistisse, an tam continenter otasse. Utrumque sanè difficile: sed amor Christi omnem vincit difficultatem. *Marulus lib. 2. cap. 1.*

LEO Pontif. Maximus, cum fidei causam adversus Eutychemis blasphemiam multorum favore, atque perfida defensionem, edita insigni quadam epistola tueri vellet, quadraginta diebus jejuniis, & orationibus vacavit. Nam ut in ejus vita scribitur, sanctissimus pater suis diffusis viribus, prorsquam epistolam illam aliquo destinasset, altari B. Petri utrumque scriptam imposuit: sed verò per quadraginta dies tum jejuniis, tum precibus exercebat, hoc unum ab Apostolorum principe votis flagrantibus contendit, ut si quid forte corrigendum haberet epistola, quæ causam fidei longè difficillimam tractabat: id omne fuisse manibus correctum aboleret. Nec cessavit sanctam precatoris expectationem etiam raris eventus: Terlam enim, & elaboratam epistolam dies reddidit quadragesimus, addita simul revelatione certissima successum ab Apostolo ei tribuendum esse, cujus pia dignatio, & fida dilectio ne in persona quidem imparis tepeleat haredis. *In vita eius epist. 10.*

S. SULPICIUS Archiepiscopus Bituricensis cum aliquando post Solis occasum in Ecclesiam cum paucis abisset, ibi in precibus pernoctaturus, mox adiuvi tortuosus serpens tenui primum sibilo lenes ejus demulcens aures: deinde in ipsis tranquilla noctis silentiis cum magno fe impetu intra templi parietes insert: resudum, aras, lucernas, cæteraque omnia

omnia adeo concutit, ut discipuli Ecclesiam omnem è fundamentis everti putarent: nimirum pavidi intermissio cantus in terram se abiciunt, tanquam repente perituri. At vir beatus in divinis canticis permansit intrepidus, floccipendens nequissimi serpentis præstigias, ita ut ne in prosperis quidem successibus constanter unquam fuisse videretur. Tandem tota illa demonum turba in vanæ se molem colligit speransque atrociori sonitu, & strepitu inuicem illius animi constantiam frangi posse, cum immenso tumultu coram sancto Pontifice pavementum cædens, præcepit collabatur, & discipuli illum in frustra discurrunt existimarent. Et illi quidem dum mansere attoniti; at eximus Christi sacerdos divina in hostem tela vibrans: in canticis spiritualibus perpetuo immorabatur; oburgavitque postea discipulos, quod omisit facris hymnis phantasticis inimici terroribus cessasse. Opabat sanè diabolus extindum virum Dei: & quia sine intermissione malitia bellum gerit adversus virtutem, & servos Christi totius boni amulus satan persequitur: non sat habuit iniquus ille sanctum Sulpicium infestasse, sed etiam gregem ipsius curæ commissum, atroci furore sibi sumptis oppugnandum, & devexandum: idque tam multis modis, ut illis commemorandis sufficere non possimus. *In vita eius equali scripta apud Surium. Tom. 1. die 17. Januarii.*

Non est ab simile, quod narrat. *Greg. Turon. in vita sancti Lupicini, & Romanofratrum:* Ilenim intra Lorensis deserti crebrum vitam debebat austeriorem, herbarum folis vitiantes radicibus. Id demonibus mitis modis erat exotum: lapidibus etenim urgete hos Dei servos per singulos dies perferabant: quin quotiescunque pro more suo genua adorandum Deum deflexisset, statim imber lapidum proiciens demonibus in eos decidebat, adeo ut sæpe vulnerati immensis dolorum cruciatibus torquerentur: at illi perseverantia orationum hostilem impetum devicerunt; ejectione inde demonibus, reliquum vite sanè peregerunt. *Greg. Turon. de vita eorum apud Lipom. tom. 8.*

Hic adiungere oportuum est, & aliud de Francisco Xaverio, cui apud Meliaporensium Vicarium diversanti quiddam in hoc genere sanè memoria dignum accidit. Erant ædes Vicarii divi Thomæ Apostoli proxime, unde illa janua fracta, aditum fidei patefecerat in templum. Et Xaverius ex consuetudine, ut Vicarium, cujus in cubiculo pariter dormiebat, sopore oppressum animadvertat; sensim, ac sine ullo strepitu surgebat è lectulo, atque in ædem Apostoli suspensio subreptè gradu. Non tamen fallat omnino Vicarium, qui subito expectectus, sæpius illebat surgere è lectulo perferret. Verum is, re primò diffimulata, demum illi pro amicitia denunciavit, ne de nocte iret ad templum; neve se vite committeret, quem constaret esse diaboli infestam: occurfus ei horribiles illum facies, cum minime crederet. Ad hæc arrisit Xaverius, ea sui deterrendi causa didi ratas: & denunciatione Vicarii per diffimulationem, jocumque elusa, nihilominus nocte intempesta, ubi somno illum sopitum senserat, ad sacram ædem silentio obrepebat. Enimverò id sempiterni humani generis hostes graviter ferret: Franciscusque iporum contemptum interpretari. Ergo ira, odioque furentes, utillum ab instituto absterreat, nocte concubia ante aram B. Virginis supplicanti ex composito superveniunt, turescunt, clamoribus variis, horrendoque cuncta complentes sono. Mox virum ad minas intrepidum quam tumultuosissime adorti, verbis atrocissimè eadunt, factis, dictisque odium explentes suum. Ille inter verbera, crepitibus plagarum magis de constantia quam de tergo suo sollicitus, Dei parentem sui certaminis spectantem implorat; Domina, optulare: Domina, non mihi optularis? vanos demonum tumultus magnitudine animi eludere; orationem institutam non fortiter solum, sed etiam constantem urgere. Quocirca molestos illos, & importunos interpellatores fortis, atque invicta perseverantia, acerrimus adversus infestos demones telum facile abegit. Et Franciscus quidem deserendo, spernendoque eorum impetus adeo fregit, nunquam ut posthac in eum sustinerent aliquid tale conari. *Horatius Tursel. lib. secundo de vita eius cap. 15.*

Theodor. in bist. religiofa, in qua multorum sui temporis clarissimorum Monachorum mores, certamina, ac præcipue studiorum orationes describit, de Zebine viri sanctissimi oratione sic ait: Stupebat autem, ut dixerunt omnes sui temporis homines assiduitate orationis. In ea enim diu, nocteque versans, non solum non satiabatur, sed etiam desiderium efficiebat vehementius. Quin etiam cum iis, qui ad ipsum veniebant, paucis discens, non poterat E in animum inducere, ut cogitationem à cælis deduceret, sed statim ab illis liberatus, & nec tantillum quidem ab eis, quæ divina sunt, separatus, offerre rursus deprecationem. Hujus verò discipulus Polychronius adeo magistrum moribus referebat, ut qui hunc, & illum viderent, unam in duobus corporibus animam se videre arbitrantur, &c. Est enim similitur divino incensus desiderio, & est terrenis omnibus superior; & corpori alligatus mentem habet alatum, & qua fertur in sublime, æreque traiecit, & ætherem, & cælis fit sublimior, & perpetuò divinam visionem apprehendit contemplatione, nec potest illinc unquam detrudere, quin etiam cum iis, qui adveniunt colloquens, superna mente peragratur. Eius autem per totam noctem vigiliam, & stationem hinc didici. Cum enim viderem simul & cum senio conflitantem, & cum imbecillitate, & nullam omnino habentem curam corporis, sæpius precatus ei persuasi, ut duos assumeret, qui simul habitarent, & aliquam consolationem ab eis. Quoniam autem peti viros virtute claros, qui per se in alio degebant monasterio, illis quoque viris admirandis persuasi, ut divini hominis curam omnibus præponerent. Ii autem cum parvo tempore cum eo habitassent, conati sunt fugere, per noctem illam non ferentes stationem. Cum autem virum divinum obsecrarem, ut imbecillitate corporis metiretur laborem, Non solum, inquit, eos non cogo stare mecum assidue, sed etiam sæpe præcipio, ut decumbant. Illi autem, Et quo modo possemus, aiebant, eo, qui in laboribus consensit, stante, & imbecillitatem corporis despiciente, decumbere, cum simus sani, & in media positæ? Sed venerandi quidem mihi capitibus nocturnos labores sic didici. *Theodor. in bist. SS. PP. cap. 24.*

ABBA Joannes Eunuchus enarravit nobis, dicens: Cum essem in Thebaide, ingressus sum cellulam Senis cujusdam in cœnobio Abbatis Apollo, vidique, quia ubi stare ad orationem solebat, tabula erat supposita. Ubi autem genua flegebat, & manus, concavum erat plus quam digitorum quatuor. Ex frequentia quippe, & usu continuæ orationis caverat tabulam. *Sophr. Prat. spir. cap. 184.*

Ne verò, ut usu venire solet, inter orandum sopore correpti dimidiatas relinquamus preces, Stephani presbyteri Constantinopolitani exemplum nos hortatur. Qui cum toto Psalterium singulis noctibus perlegere moris haberet, & que aliquando citius, quam confuevit, consopios ipsum semilectum dimisisset, monitus à Petro Apostolo in somnis, uti surgeret, & cœptum opus intensius perficere curaret. Quæ res argumento est, non nisi peractis, finitiquæ orationibus dandum esse quieti locum, *Mar. Marul. lib. 2. cap. 1.*

PAULUS Libycus in sinibus Africæ, quingentorum monachorum quondam Abbas, nullo vite suæ die quicquam prius egit, aut percepit, quam tributum quoddam velut sibi impositum, trecentas nimirum orationes genibus provolutus, Domino reddidisset. Et ne numero fortè delinqueret, trecentos lapides ponebat, & singulis orationibus lapidem mittebat in sinum. Expensis verò lapidibus orationes sciebat esse completas. Atque hi multò felicitius in sinum jactati sunt, quam illi in strelam, quibus in Senatu decerni magistratus solent: Aletis terrenus honor quaritur, alteris Paulus cælestem gloriam est adeptus. *Trip. bist. lib. 3. cap. 1. Pallad. in bist. SS. PP. cap. 23.*

PAULUS iste, monachus optimus, gravi molestia afflicta Macarium Abbatem adit. Coactus vero afflictionis H causam dicere, ait: In quodam vico habitat virgo, quæ jam à triginta annis excretat: præter Sabbatum, & Dominicam, nullo alio die vescutur, sed toto tempore trahens hebdomada facit septingentas orationes. Quod cum intellexisset Paulus seipsum reprobovit, quod vir creatus his viribus corporis, non poterat facere plus quam trecentas orationes. Ad hæc respondet Macarius: Sexagesimus annus agit, ex quo centum constitutas facio orationes, & laborans manibus, ea que sunt ad alimentum necessaria, & fratrum utilia referens, nec me judicat ratio, quod fuerim negligens. Si tu autem, cum trecentas facias orationes, judicaris à conscientia, aperte ostendis te non purè orare, vel posse plu-

retulisse. Erat Xaverii oratio ardens semper, & accensa, ple-

* TEMPUS ORATIONIS.

Quamvis nullum tempus orationi praeferatur, eaque omni momento proficit, quando mens in Deum refertur; tamen Nocturnum tempus diurno veteres praeferunt, constat exemplis Davidis, Christi, Apostolorum, qua statim subiunguntur rationem dat S. Chryso. integra homilia de Utilitate nocturnae precatiois, quae est 26. in Acta. Ambrosius etiam in Psal. 118. dicit, multa illo tempore, videlicet nocturno, prosperere tentamenta, servere illecebram carnis, illudere tentatorem, ac retia jacere, quibus improvidam turbet mentem, &c. ideo tum maxime convenire nos deprecari Deum. Sic David lavabat per singulas noctes suum lectum, ac lacrymis suis stratum irrigabat.

Christiani veteres nocte orare consueverant in Aegypto, ut testis est Philo in lib. de vita contemplat. Et Plin. in epist. ad Trajanum. Cujus testimonium adducit Tertullian. cap. 2. Apol. qui etiam de sui temporis Christianis idem fateatur lib. 2. ad uxorem cap. 5. Item lib. de cor. militis.

De suo tempore etiam scribit Cyrillus in orat. Dom. sub finem, urgetque exemplum Annae prophetissae, quae etiam nocturno discedebat de templo. Eiusdem nocturnae orationis suo etiam tempore usurpat meminerunt Cyrillus Hierosolym. cap. 2. Athanasius Apolog. de fuga sua.

Basiliius epist. 1. ad 83. Nocturnae orat. 22. In 2. de Pascha. Hieronymus in Psal. 118. Ubi David, Memor fui nocte nominis tui, Domine, qui rationem dat, ut cum maxime vitii opportunitas datur, tum praecipue eadem divina legis recordatione frangantur. Sanè nocte Judas prodidit Christum, Petrus negavit, & sponsa clamat in Canticis, in cubili meo in noctibus, quaevisi quem diligit anima mea.

Etiam manè orabat David, cujus oculi praeveniebant diluculo ad Deum: quamvis idem dicat, Vespere, & manè, & meridie narrabo, & annuntiabo, & exaudiet, vocem meam. Rursus, Media nocte surgebam ad confitendum tibi. Iterum, In matutinis meditabor in te. Etiam alibi, Ad te de luce vigilo: Manè ad stabo tibi, & videbo.

Immo Apollonii Thyanazae praecipuum fuit, Adveniente aurota cum diis esse versandum, teste Philostrato in vita ejus lib. 3. cap. 12.

Christus Dominus tempus orandi praescripsit, Vespertinum: vespere factus oravit in monte. Nocturnum; pernoctavit ipse in oratione; & Antileucaum itam valde diluculo surgens in desertum locum fecit sibi oratorium: Et post continuum, dicens: Oportet semper orare, & nunquam desicere. Luc. 22. 44. Luc. 6. 12. Luc. 6. 16. Luc. 18. 1. Luc. 17.

Petrus autem, & Joannes ascendebant in templum ad horam orationis nonam. Act. 3.

Postera autem die iter illis facientibus, & appropinquantibus civitati, ascendit Petrus in superiora, ut oraret circa horam sextam. Act. 10.

Media autem nocte, Paulus, & Silas orantes laudabant Deum. Et audiebant eos, qui in custodia erant. Act. 16.

CLEMENS Romanus Pontifex, & Martyr, inter traditiones Apostolicas Episcopo, & Clero servandas, refert hanc; Praecationes facite manè hora tertia, ac sexta, & nona, & vespere, atque ad galli cantum. Manè gratias agentes, quod illuminaverit nos, nocte sublata, & reddita die. Tertia, quod ea hora Pilatus Judicium adversus Dominum pronuntiaverit: Sexta, quod ea hora in crucem actus sit: Nona, quod tum omnia maria, & tremefacta sint Domino crucifixo, quia horrenter audaciam impiorum Judaeorum, & contumeliam Domini ferre non possent. Vespere, quod noctem dederit ad requiescendum à diurnis laboribus. Ad galli cantum, quod ea hora nuntiet adventum diei ad faciendum opera lucis. D. Clem. lib. 8. Constit. Apol. cap. 34.

Tertullianus in Apol. ut supra verbo indicavimus; adversus gentes de Plinio secundo haec refert, Is cum Provinciam regeret, damnatis quibusdam Christianis, quibusdam gradu pulsus, ipsa tamen multitudine perturbatus, quid de caetero ageret, consulit tunc Trajanum Imperatorem, allegans praeter oblationem non sacrificandi, nihil aliud se de facris eorum competeret, quam ceteros antelucanos ad canendum Christo, & Deo, & ad confederandam disciplinam, homicidium, adulterium, fraudem, perfidiam, & caetera seclera prohibentes. Tunc Trajanus scripsit, hoc genus in inquirendos quidem non esse, oblatos verò puniri oportere. Tertullianus in Apol. adversus Gent. capite 2.

Ne continenter orando defatigatus quandoque concidat animi vigor, & cogitationibus diffuset, atque dilabatur, recte maiores nostri horas diei dividerunt, alias orationi, alias actioni, alias verò lectioni. Hinc quidam tradunt, Virginem beatam, postquam à parente in templo cultui divino fuit dedicata, à manè ad horam tertiam praecipuis: à tertia ad nonam manum labori, tum sumpto cibo: à nona ad vespertinam, scripturarum meditationi operam dare consuevisse. Marc. Mart. lib. 2. cap. 1.

Quotidie manè suas horas Canonicas, ut vocant, legebat Carolus V. Imp. ea quae ita extendebat, ut bis tantum ferè, quantum presbyteri, semper manè legeret. A cena semper redibat ad longissimas praecès suas, quae duarum plerumque erant horarum, sicut & matutinae: Non enim suis viribus fidebat potentissimus Princeps, sed totus à summi Nominis opote, & auxilio pendebat, quod sibi praecipuis tam longis quotidie conciliare studebat. Et hinc tanta illi in rebus gerendis felicitas, tam insignis victoria, adeò ut ob multa fortissima gesta, Galli cum Herculi, Germani Carolo Magno, Itali Davidi, Siculi Africano, Hispani Alexandro Magno, Turca Julio Casari, Afri Hamibali comparantur. Multi cum adverterent eum, & domi, & militiae quæque continentium, & prolixum esse in praecibus suis; diceret loquax: Carolus sapiens, & diutius cum Deo, quam cum hominibus loquitur. Laurent. Sur. in Chron. ad an. Christi, 1558.

DE ORATIONE ANTE, ET POST CIBUM FACIENDA.

Vide, quae sunt dicta in loco de Benedictione, Cibo, Gratiarum actione.

De Oratione, quae nomine Rogationum in Ecclesia apud Catholicos fit exequatur: Vere pro frugibus terra, Vide Locum Particularem in Littera R.

* GESTUS, SIVE RITUS EXTERNI.

Genuflexio.

Plurimi gestus sunt, quibus nos ipsos ad orationem componimus, indices mentis, & affectus interioris qui orat. Et horum quidam sunt à natura, alii ab institutione. A natura enim videtur esse Genuflexio, tam in veteri, quam novo Testamento à Judaeis usitata. Quod enim dicitur apud Lucam de Pharisaeo, quod stans oraverit, exponit Malpaganus, & alii non de statu corporis, sed quod esset audax se erigens, & velut animo in caelum elatus, & parum attentus ad orationem, qui tam praecipax erat circa vitam publicani, pro quo debuerat Deum orare.

Natura autem genuflexionem ad animi motum excitandum docuit, cum sit motus deditivus, & se submittentis, quae de re videtur Joan. Stephan. Duranti. lib. 8. de vit. Eccl. 24. Hinc apud Aegyptios elephantus regiae potentiae symbolum erat, quod genua non flectat, quasi alterius ope non indigeat, neque debeat, ut paralyticus ille apud Plautum in Capt. Ulli hominum supplicare.

Ablutio.

Veteres Christiani etiam ante orationem manus abluebant. Unde Apostolus dicit, Ut simus levantes puras manus: quamvis per puras intelligatur etiam sanctas, id est, vacuà à pagnis, rapinis, tactibus illicitis: sed sanctificatae per eleemosynas, opera pietatis, & charitatis exhibitae proximo. Unde legit Chryso. in aliis. puras, id est, innocuas. Quomodo Horatius etiam haec praefat utitur.

Interim olim lavare se solitos Christianos ante orationem constat, tum reverentiae causa, tum maxime, quia ut constat ex Synodo can. 101. communicantes sacram hostiam manu à Sacerdote excipiebant: viri quidem nuda, in formam crucis explicata: utraque mulieres in linteo mundo, quod Dominicale vocabatur, Vide Concil. Arelod. can. 36. Admonebatur etiam hoc ritu puritas animae.

Judaeos nunquam nisi lotis manibus orare solitos, Aristoteles lib. 7. de Interpret. aperte docet, ut eo symbolo moneretur, ne quid perperam agant, sed pie, sanctè, quae omnia perscrutant, quia per manus opera debemus accipere, inquit S. Aug. ser. 93. de temp.

Gentiles idem fecisse, Tibullus lib. 1. eleg. 2. confirmat.

Casta placens superis, pura cum veste venit.

Et manibus puris carpit fontis aquam.

Legatur hac de re Baro. anno Christi 57. pag. 534. 549.

Habitus.

Etiam albis vestibus indutos olim Christianos ad Ecclesiam venisse, praeterquam si Eucharistiam essent percepturi, testatur

testatur S. Chryso. homil. 25. in Matth. Paulus quoque praecipit, ut mulieres in habitu ornato ad Ecclesiam veniant, & inde mos invaluit, ut diebus festivis etiam veste festiva se omnes induant, non solum quod officii ab se servili opere cessatur, sed quod tunc potissimum vacet illis divinis, quae in Ecclesia, ad quam plures conveniunt, peraguntur. Neque enim decet summi Regis curiam intrare indutus, foras vestibus, quandoquidem Afferri regiam nullus facio indutus poterit ingredi, ut constat ex lib. Esder.

Manuum extensio.

Levare manus semper etiam orantium gestus fuit. Immo duce natura, Gentiles cum usurparunt, teste Apulejo lib. de Mundo. Habitus aut, orantium hic est, ut manibus extensis ad caelum precemur. Cujus rei exemplum in Moyse habemus Exod. 17. & David. In noctibus, inquit, attollite manus vestras in sancta, id est, versus sanctuarium. Euseb. lib. 4. de vit. Constantin. c. 38. recitat legem ab eo latà, qua jusse etiam Gentiles ferri diei Dominico, & vota sua Deo nuncupare manibus aequè, ac animis in caelum elevatis.

Hoc habitus apud Romanos fingebatur simulacrum pietatis, & eodem fuit imagine Constantinus exprimi volebat, teste eodem Eusebio lib. 3. vita ejus cap. 3.

B. Causa hujus ritus est, quod is fit habitus supplicis, & auxiliium sperantis, quomodo submergens manus extendit. Clemens Alexand. 1. Stromat. dicit, quod elevatio manuum significet mentis elevationem ad Deum, quae est velut orationis anima. Tertull. verò ait Apolog. 30. quod extensione manuum nos Deo offeramus, & quasi in manus ejus nos dedamus.

Paratus est, inquit, ad omne supplicium ipse habitus orantis Christiani, quasi dicit orans, praesto sum, i. necesse, & plectere vis, aut certe miserere.

Denique hoc ritu vehementer designamus affectus, eam enim hoc ritu declarasse. Behaniam consulem moriturum, cum ei de Deo videndum exhiberet, testis est Prudentius in Carmine, quod extat tom. 8. Biblioth. SS. Patrum.

* VERSUS ORIENTEM.

Mos est, utin orando, ac salutando Deo, quis in orientem solem converterat. Utrumque apud Praefatos servabatur. Quod proprium est veri oratoris est mystica religio, quoniam Christus sol est justitia, ut Hieron. in Exechelem testatur. Ea de causa templum Christianorum ita edificata sunt, ut eorum principes altare in Orientem vergat, in quo sacerdos rem divinam faciendò semper ipsum Orientem aspiciat, unde praecationes nostrae jugiter velut instar Solis oriantur. Polyd. l. 3. c. 8. de Rerum invent. Sub Severo Imper. Christiani accusabantur, tum de alio crimine, tum etiam quod solem adorarent, Crimen de eo statim ostendit Tertull. quod praecès dicitur, Orientem spectarent.

Ad Orientem orandi ritum ab Apostolis esse traditum, complurium antiquorum testimonio comprobatur: apud Justinum enim haec scripta habentur: Quando quidem apud vos praestantissima quaeque ad honorem, & venerationem Dei destinamus, opinione autem hominum probabilior est Oriens alius creaturae partibus: eam ob causam orationis tempore vultu ad Orientem omnes convertimur: perinde ac quae dextra manu in nomine Christi eos signamus, qui sigillo tali indigent, eo quod praestare sinistræ putent, quamvis postura, & non natura illa differat. Non aliter & Oriens, ut praestantior creatura pars ad Deum adorandum est designata. Et quia ad Orientem spectantes orationes agimus, non id Propheticis, & Apostolicis adversatur vobis: in omni enim loco Oriens exiit precantibus. Et quia in quo partem videndi sensum convertimur, in eadem parte adorant; impossibile est autem praecum tempore in quatuor creaturae partes respicere, & prope ea in unam partem intendentes, orationem peragimus, non proinde, ut ea sola opus sit Dei; nec tanquam in ea habitatio sit Dei destinata; sed quia in locum ei, quae à nobis Deo exhibetur, veneratione observationi ordinatum. Porro à quibus orationem Ecclesia accipit, ab iisdem quoque ubi orare solent consuetudinem accipit, à sanctis nimirum Apostolis. Justin. lib. Quae. q. 118. Vide Basil. de Spir. S. c. 27. Orig. hom. 5. in Numer. Damasc. l. 4. orib. fid. c. 13.

* CUM LACHRYMIS.

ANNA Helcana uxor oravit Dominum stans largiter, & votum vovit. Loquebatur autem in corde suo, & vox penitus non audiebatur. 1. Reg. 1.

Convertit Ezechias Judaeorum rex faciem suam ad orientem, & B. Theatr. vita Hum. Tom. V.

Ad Orientem orandi ritum ab Apostolis esse traditum, complurium antiquorum testimonio comprobatur: apud Justinum enim haec scripta habentur: Quando quidem apud vos praestantissima quaeque ad honorem, & venerationem Dei destinamus, opinione autem hominum probabilior est Oriens alius creaturae partibus: eam ob causam orationis tempore vultu ad Orientem omnes convertimur: perinde ac quae dextra manu in nomine Christi eos signamus, qui sigillo tali indigent, eo quod praestare sinistræ putent, quamvis postura, & non natura illa differat. Non aliter & Oriens, ut praestantior creatura pars ad Deum adorandum est designata. Et quia ad Orientem spectantes orationes agimus, non id Propheticis, & Apostolicis adversatur vobis: in omni enim loco Oriens exiit precantibus. Et quia in quo partem videndi sensum convertimur, in eadem parte adorant; impossibile est autem praecum tempore in quatuor creaturae partes respicere, & prope ea in unam partem intendentes, orationem peragimus, non proinde, ut ea sola opus sit Dei; nec tanquam in ea habitatio sit Dei destinata; sed quia in locum ei, quae à nobis Deo exhibetur, veneratione observationi ordinatum. Porro à quibus orationem Ecclesia accipit, ab iisdem quoque ubi orare solent consuetudinem accipit, à sanctis nimirum Apostolis. Justin. lib. Quae. q. 118. Vide Basil. de Spir. S. c. 27. Orig. hom. 5. in Numer. Damasc. l. 4. orib. fid. c. 13.

ANNA Helcana uxor oravit Dominum stans largiter, & votum vovit. Loquebatur autem in corde suo, & vox penitus non audiebatur. 1. Reg. 1.

Convertit Ezechias Judaeorum rex faciem suam ad orientem, & B. Theatr. vita Hum. Tom. V.

Ad Orientem orandi ritum ab Apostolis esse traditum, complurium antiquorum testimonio comprobatur: apud Justinum enim haec scripta habentur: Quando quidem apud vos praestantissima quaeque ad honorem, & venerationem Dei destinamus, opinione autem hominum probabilior est Oriens alius creaturae partibus: eam ob causam orationis tempore vultu ad Orientem omnes convertimur: perinde ac quae dextra manu in nomine Christi eos signamus, qui sigillo tali indigent, eo quod praestare sinistræ putent, quamvis postura, & non natura illa differat. Non aliter & Oriens, ut praestantior creatura pars ad Deum adorandum est designata. Et quia ad Orientem spectantes orationes agimus, non id Propheticis, & Apostolicis adversatur vobis: in omni enim loco Oriens exiit precantibus. Et quia in quo partem videndi sensum convertimur, in eadem parte adorant; impossibile est autem praecum tempore in quatuor creaturae partes respicere, & prope ea in unam partem intendentes, orationem peragimus, non proinde, ut ea sola opus sit Dei; nec tanquam in ea habitatio sit Dei destinata; sed quia in locum ei, quae à nobis Deo exhibetur, veneratione observationi ordinatum. Porro à quibus orationem Ecclesia accipit, ab iisdem quoque ubi orare solent consuetudinem accipit, à sanctis nimirum Apostolis. Justin. lib. Quae. q. 118. Vide Basil. de Spir. S. c. 27. Orig. hom. 5. in Numer. Damasc. l. 4. orib. fid. c. 13.

dum ad parietem, ut attentius orare posset, & oravit Dominum, Flevis fletu magno, & exauditus est. 4. Reg. 20.

JUDITH magnum illud facinus pro salute populi sui contra Holofernem aggressura, in conclavi suo, pulvere confersa caput, contione amicta, qua hora Hierosolymis in Domini templo vespere suffitus fiebat, in faciem prolapsa, Domini auxilium imploravit. Judith. 9.

DANIEL propheta etiam in Media aperta conclavis sui fenestra Hierosolymam versus, ter quotidie flexis genibus Deum collaudabat, ac orans celebrabat. Dan. 8.

MARDUCHIUS Sufa abductus, cum Aman odio factum esset, ut rex Astersus edicto juberet interfici Judaeos omnes, qui in toto Persarum regno erant; vestimenta scidit, facem induit, asperit cinere caput, cum clamore, & ejulatu incessit. Illi etiam, qui per provincias erant, Judaei jejunaverunt, cilicioque, & cinere pro strato usi sunt: & Deo propitio, coeques, quae in ipsos grassatura erat, versa est in auctorem Aman. Mar. lib. 4. cap. 9.

TOBIAS cum lacrymis orasse perhibetur, & cum casu quodam oculis amissis, ab angelo Raphael de caelo in terras missus meruit curari, ad id inter orandum illi flevisse profuit.

MARIA MAGDALENA veniam obtinuit à Domino dicente: Remittuntur tibi peccata: non voce orans, sed ubero proflans lacrymas. Luc. 7.

De Aferio diximus paulò ante.

Eundem ob frequentes lacrymas fluxis ciliis, turgidis oculis, suffusisque rubore genis fuisse ferunt. Mar. l. c. 12.

D. Hier. de exercitio eremitico suo ad Eusebium scribens: Quotidie, inquit, lacrymas, quotidie gemis. Post multas lacrymas, post caelo inherentes oculos nonnumquam videbat agminibus interesse Angelorum, & lectus, gaudensque cantabat: Post te in odorem unguentorum tuorum curremus. Mar. lib. 2. cap. 12.

FRANCISCO Minorum patri plorando assiduas habebatur visum: & cum oculis pariter sensus, ut eorum causa languescere debeat devota mentis vigor, qui certe suspensus alitur, & per lacrymas apud Deum sibi accessum parat. Idem.

* PLURIBUS EXEMPLIS PRAESENS

TITULUS DECLATUR.

De Genuflexione, & prostratione corporis.

EX SCRIPTURA.

Cum Josue pugnet contra Amalec, Moyses, Aaron, & Hur ascenderunt super verticem collis. Cumque levaret Moyses manus, vincebat Israel: sin autem paululum remisisset, superabat Amalec. Manus autem Moysi erant gravissae: fumentis igitur lapideum posuerunt subter eum, in quo sedit: Aaron autem, & Hur sustentabant manus ejus ex utraque parte. Et factum est, ut manus illius non lassentur usque ad occasum solis. Fugavitq; Josue Amalec, & populum ejus in ore gladii. Exod. 17.

Salomon Rex edificato templo fecit in oratione ad Dominum utroque genu in terram defixo, & manus expandens in caelum. 3. Reg. 8. 2. Par. 6.

Appropinquante exercitu Timothei, Judas Machabeus, & qui cum illo erant, deprecabantur Dominum, caput terra aspergentes, lumbosque cilicis praecindentes; ad altaris crepidinem prostrati, ut eis esset propitius, & inimicis eorum inimicus. 2. Marc. 10.

Jesus; elevatis sursum oculis, dixit: Pater gratias ago tibi, quia audisti me. Joan. 11. 4. 17.

Publicanus à longè stans nolebat nec oculos in caelum elevare, sed percutiebat pectus suam dicens: Deus, propitius esto mihi peccatori. Luc. 18.

CHRISTUS Dominus in horto progressus pusillum procidit in faciem suam orans, & dicens: Pater mi, & Petrus Thibitum suscitaturus postis genibus oravit. Mat. 26. Mar. 14. Luc. 22.

HISTORICA.

D. Hieron. in de viris illust. live in Catalogo Scripturarum Eccl. de Jacobo fratre Domini narrans, ait: Suscepit Ecclesiam Hierosolymam post Apostolos frater Domini Jacobus cognomine Justus. Multi tamen eundem Jacobum vocabantur. Hic de utero matris sanctus fuit, vinum, & licet non bibit, carnem nullam comedit, nunquam atronfus esset: unctus unguentis non balneo. Huic soli licitum erat ingredi Sancta Sanctorum. Si quidem vestibus laneis non utebatur, sed lineis, solumque ingrediebatur templum, & flexis genibus pro populo deprecabatur in tantu, ut camelorum duritiam traxisse ejus genua crederentur.

Idem Hieron. in vita S. Pauli Eremitae ait: Introgressus praecantem ejus Antonius, vidit cum genibus complicatis, erecta cervice,